templatiua ⁊ afflictiua. Actiua vita secūdū
bedam est primo quidem ab omni hoc secu
lo īmaculatum seipsum custodire. mentez
manum linguam et cetera mēbra corporis
ab omni inquinamento culpe continere de
inde exteriorez hominem iustis insistere la
boribus ac diuinis perpetuo se subiugare ꝑ
uicijs. deinde etiam proximis in necessitati
bus iuxta vires succurrere ac operibus mi
sericordie fideliter insistere. Vita aūt contē
platiua vt idem Beda ait est cum quis lon
go bone actionis exercicio edoctus ⁊ diuine
orationis dulcedine instructus crebra lacri
marum compunctione assuefactus a cun
ctis mundi negocijs vacare ⁊ in sola dei di
lectione oculum mentis infigere didicerit
gaudiumq; perpetue beatitudinis quod in
futura percepturus est vita etiam in presen
ti ceperit ardenter desiderare ⁊ desiderando
pregustare. vita vero afflictiua est tribulatō
vel ꝓpter peccatorum purgationem vel boni
promotionem a deo nobis inflicta. D
Huic triplici vite sunt tria libamina adiun
genda. vt predicta triplex vita per tria liba
mina offeratur. Vita enim actiua per fide
litatem. Vita vero contemplatiua per hu
militatem. vita autem afflictiua per hylari
tatem tanq̄ domino offerantur. Primo di
co vita actiua debet fideliter dispensari vt in
ea nihil intendatur. nihil queratur nisi dei
gloria ⁊ vtilitas proximorum de quo bern̄.
Reuera fidelis es famulus si de omni gra
tia transeunte ex te nihil tuis manibus ad
herere contingat. Secundo vita contem
platiua debet humiliter ociari. vt quantūli
bet in ea proficiamus non tamen de nobis
nisi humiliter sentiamus. oportet nanq; vt
ait bern̄. Humiliter sentire de se nitentē ad
altiora. ne dum supra se attollitur cadat ni
si in se firmiter per veram humilitatem fue
rit solidatus quia nisi humilitatis merito
maxima minime obtinentur. Tercia vita af
flictiua debet inter se ⁊ deum hylariter suf
ferri. quod faciebat paulus cum dicebat.
Superabundo gaudio in omni tribulatōe
quod etiam nobis consulit Jacobus dicēs.
Omne gaudium existimate fratres cum in
varias incideritis temptationes. Et quia
omnis vita meritoria ⁊ deo accepta in hac
triplici differentia est inclusa. vt non sit vi
ta aliqua preter illas. ideo vnusquisq; dili
genter consideret in qua consistat coraz deo
⁊ illam cum suis proprijs libaminibus of
ferat. ⁊ sic erit grata domīo ⁊ accepta. quod
sub alijs verbis in lege precipitur cū deute.
xvi. dicitur. Juste quod iustum est exequa
ris. Nam in eo quod dicit iustuz: tangit ob
sequium. in ea aūt ꝙ dicit iuste tangit liba
men quia eius valor ⁊ acceptabilitas consi
stit in libamine. ⁊ hoc est ꝙ alijs verbis dici
tur ꝙ plus meremur aduerbijs quā nomi
nibus cui consonat Gregorius dicēs Cor ⁊
non substantiam pensat deus. nec perpendit
quantum in eius sacrificio sed ex quanto of
feratur. Ac si dicat. Non considerat deus
quid offeratur sed cum quali libamine pre
sentetur. hec ergo sunt sacrificia que cum su
is libaminibus oblata suauissimum odo
rem sicut in lege dicitur dabunt deo. Un
de numeri. xxviij. enumeratis holocaustis
subiungitur. ⁊ erit in odorem suauissimum
domino qui surget de holocaustis ⁊ de obla
tionibus singulorum multo magis de his
que hic dicta sunt que sunt veritas predicto
rum surgit odor suauissimus domino. Qd̄
nobis.

LXXXVII.

De sancto mihahel.

Habeto formaz
nostram Philippen. tercio.
E Cum secundum Gre
gorium ruina angelorum per beatos homi
nes debeat restaurari dignum est ⁊ conso
num rationi vt qui ad eorum consortia sūt
vocati. ipsoruz mores ⁊ virtutes discāt quā
tum possibile est in regione dissimilitudi
nis imitari. propter quod verbum proposi
tum ex persona angelorum nobis proponi
tur. ac si dicere videantur. Si iuxta vocati
onem vestram societatem nostram perueni
re cupitis. discite iaz in terris quomodo no
biscum in celis viuere debeatis. Propter
quod sciendum ꝙ angeli dei quatuor habē.
exercicia formam sui status in celo exprim.

tria scilicet inter se. infra se. extra se. supra se.
Si ergo ad ipsorum exhortationem per for
mam eorum vitam nostram vestire cupim?
ipsos in hac forma quadruplici imitemur.
Habent autem angeli sancti intra se tria bo
na scilicet puritatem: simplicitatem: incon
uertibilitatē que tria anteomnia acquiram?
Nam de ipsorum puritate dicit Damasce.
Angeli sunt quedam lumina transperentia
ex primo lumine lumen habentia. nec lin/
gua nec auribus indigentia: sine sermone vo
luntates suas sibi mutuo exprimentia. De
secundo dicit augusti. Angelus quia spiri/
tus est simplex ē ⁊ tanto simplicior quanto
ab omni corpulenta materia remotior. De
bis duobus dicit dyonisius. Essentia an/
gelorum est simplex ⁊ pura. Tercium patet
ex secundo. Quod enim simplex ē quocūq;
se conuertit totaliter se conuertit. Unde au
gustinus dicit. q̃ natura spiritualis tantuz
semel vertibilis est nisi ex vnione vnius cū
alio. sicut patet in anima que quamdiu est
in corpore potest mutari ⁊ conuerti de bono
in malum ⁊ econuerso: soluta vero non. Si
ergo volumus angelos imitari induendo
formam ipsorum oportet nos predicta tria
in nobis hoc est in vita nostra plantare.
Primo ergo plantemus in nobis purita/
tem ad quā duo sunt necessaria scilicet pe/
nitentia ⁊ resistentia. Penitentia p̃ quam
commissa exhauriamus. Resistentia p̃ quā
cōmittenda caueamus. Nam de primo di/
citur Leui. xvi. In hac die ab omnibus pec
catis vestris mundabimini scilicet per peni
tentiam. Notabiliter autem di. in hac die
qua peccastis. quia nulla mora nobis conce
ditur in peccatis. Hinc prouerbioz secūdo.
Non sapiens exhauriet illud scilicet pecca/
tum quia vt ait Apostolus. modicum fer/
mentum totam massam corrumpit. De se/
cunda scilicet resistentia. iiij. Re. iij. dicit.
Cunctos fontes aquarum obturabitis scz
per resistentiam. sensus nostros fontes vo/
cans per quos tanquam per fontes sordes
malarum affectionum in sentinā conscien/
tie nostre fluunt. ¶ Secundo plante/
mus in nobis simplicitatez vt etiam in hoc
scis angelis conformemur quam tunc con/
sequimur si omnes sensus nostros exterio/
res. omnes affectiones interiores. et omne
quod sumus sine plica retardante ad domi
num conuertamus vt omnia que per qua/
lemcunqz noticiam sensuum vel affectionū
nobis obiciuntur simplici intuitu discerna
mus ⁊ in bonum accipiamus vnde augus.
Anima simplex obtractare non nouit. nesci
ens inuidere suo contentus aliena non que
rit ⁊ si egeat diues tamen sibi videtur. ⁊ iō
omnis anima simplex benedicta est. Tercio
plantemus cum angelis in nobis inconuer
tibilitatem hoc est vt nunquam ad momen
tum propter alicuius rei appetitum a domi
no auertamur. sed continuo ⁊ sine omni me
dio semper domino adhereamus ⁊ nunquā
peccatum mortale per quod auertimur cō/
mittamus. De qua adhesione dicit Augu/
stinus. A deo non auertimur si eius man/
data non respuimus ipsum non obliuisca/
mur nec voluptatibus indulgemus idem.
Qui adhereat domino renunciet mundo po
steriora obliuiscitur. ad priora se extendit vt
perueniat ad brauium quod est insigne vi/
ctorie. et hi sunt de quibus dicitur q̃ dies
pleni inuenientur in eis qui nunquam ad
momentum a domino recesserunt ¶
¶ Secundo angeli sancti tria inferioribus
exhibent scilicet compassionem exhortatio/
nem. promotionem. Nam de primo dicitur
Esa. Angeli pacis amare flebunt. de secun/
do dicit bernardus. Angelus in omni loco
sedulus pedissequus anime non cessat soli/
citare eam ⁊ assiduis suggestionibus com/
monere. De tercio iterum bernar. Discur/
runt angeli medij inter nos ⁊ deum fidelissi
me portantes nostros gemitus ad deum et
illius nobis gratiam deuotissime reportan
tes. Nos igitur cupientes angelos imitari
predicta tria scilicet compassionem. exhor/
tationem. promotionem. cordis. oris ⁊ ope
ris nostris inferioribus exhibeamus. Infe
riores autem nostros dicimus non conditi
one nature sed qui minus habentes nostro
indigent auxilio vel fauore. Primo ergo no
stris inferioribus exhibeamus cordis com
passionem omnes eorum molestias pau/
pertates ⁊ miserias tanquam proprijs con

dolentes hoc debitum exhibuit pauperibus
iob cum dicebat. Compatiebat anima mea
pauperi. Nec minus apostolus. qui dicebat
Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor. quis
scandalizatur ⁊ ego non vror. Et iterū Fra
tres quotidie moror pro gloria vestra ⁊ iterꝫ
Lugebam multos ex his qui ante peccaue/
runt ⁊ non egerunt penitentiaꝫ super impu
dicitijs quas gesserunt. Hunc affectum cō
passionis prefert bern̄. alijs deuotionū gene
ribus di. Multe miserie collecte atqꝫ oculo
pietatis inspecte. ipse sunt species ex quibꝫ
vngenta optima componuntur. dicunt aūt
ideo optima. quia omniū passionuꝫ merita
faciūt sua. nec īmerito quia sepe cōtingit vt
compassio compatientez plus torqueat quā
passio patientem. Veruꝫ quia cordis com
passio si in opus potu erit non procedit mi
nus habere conuincitur. ideo post illam cō
passionem sequatur oris exhortatio. vt eis
quibus compatimur exhortationis verba fi
deliter exhibeamus. H Secundo
ergo his qui vel ignorantia vel simplicitate
inferiores nobis sunt. exhortationis benefi/
cium vt in melius proficiant impendamus
exhortantes singulos vt pro qualitate stat⁹
sui in melius proficiant peccatores vt resipi
scant. bonos vt proficiant. tribulatos vt vi
riliter sufferant imitantes thobiam de quo
dicitur Thobie. i. Pergebat thobias per o/
mnes qui erant in captiuitate ⁊ monita sa/
lutis eis dabat. vt de vobis dici valeat illd̄
ij Math. xv. Singulos armauit non clipei
vel haste munitione. sed sermonibus opti/
mis ⁊ exhortatione Grego. vnusquisqꝫ no
strum si inquantum sufficit a prauitate pro
ximum reuocat si exhortari ad bene viuen/
dum curat. si eternum regnum vel supplici
um erranti denunciat cum verba sancte de/
nunciationis impendit profecto angelus exi
stit. Verum quia dicit iohan. Filioli mei.
non diligamus verbo nec lingua tantum sꝫ
opere ⁊ veritate. ideo vt de contingentibus
nihil penitus obmittamus de verbis ad o/
pera procedamus. Tercio ergo nostris infe
rioribus impendamus operis exhibitionez
adiuuantes eos consilio ⁊ auxilio ⁊ in om/
nibus quibus possumus eos promouere.

Nunc eis victualia ministrantes a periculis
munientes. a tyrannorum potestatibus de/
fensantes apud deum per eis intercedētes
⁊ in omnibus quibus possumus misericor/
diter adiuuantes. ante omnia opera miseri
cordie secundum singulorum indigentiam
misericorditer eis exhibentes. q̄ sunt pascere
esurientem. potare sitientem vestire algentē
hospitare peregrinantem. visitare languescē
tem consolari in carcere existentem. sepelire
morientem. que tanguntur Esa. lviij. vbi
dicitur Frange esuri. pa. tu. apertius autem
Mat. xxv. breuiter autem tanguntur in hoc
versu Visito poto cibo redimo tego colligo
condo. Visito languentem. poto sitientem
cibo esurientem. redimo in carcere iacentem
tego algentem. colligo exulantez. condo mo
rientem. I Tercio angeli sancti
tria exercicia mutuo sibi exhibent inter se.
Viuunt enim inter se ordinaliter socialiter
⁊ humilit̄ Prīo dico viuūt inter se ordinali
ter quia vnusquisqꝫ in suo ordine ⁊ officio
perpetuo perseuerat ab illo ad momentum
temporis non recedentes. vnde Dyoni. ait.
Non est phas vt quis operari presumat qd̄
ad suum ordinem vel officium non spectat.
Secundo viuunt socialiter hoc est amicabi
liter ⁊ pacifice ita vt qui preest non super/
biat ⁊ qui subest non inuideat. Tercio vi/
uunt humiliter. quia inferiores obediunt
superioribus sine rancore ⁊ superiores preci
piunt inferioribus sine fastu sed in amore.
Si ergo cupimus in eorum consortio depu
tari in predictis tribus ipsos deuotissime
imitemur. Primo ergo studeamus viuere
ordinaliter summo conamine ad hoc labo/
rantes vt in eum statum ⁊ ordinem quo cre
ati fuimus reuertamur. sic autem creati fui
mus vt mediū statum tenentes omni crea/
ture dominemur. omīa sub pedibus concul
cantes ⁊ solum deum supra nos veneremur
nam de primo dicitur in p̄s Omnia subie
cisti sub pe. ⁊c̄. de. ij. Mat. iiij. Dominuꝫ de
um tuum adorabis ⁊ illi soli seruies. ordini
nostro tam solicite adherentes vt nullum d̄
proximis nostris in suo ordine perturbem⁹
sed personam res honorem ⁊ famam ⁊ om
nia que eius sunt nunquā in offensam eius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contingamus ne maledictionem domini incurramus deutero. xxvij. vbi dicitur Male dictus qui transfert terminos proximi sui. Item tunc etiam ordinaliter viuimus. si vnusquisq; statum ⁊ ordinem in quo vocatus est seruat ⁊ custodiat fideliter non declinans ad dextram nec sinistram vt qui in matrimonio vocatus est. custodiat legem matrimonij. ⁊ qui in religione viuit custodiat regulam voti sui ⁊ sic de reliquis. que fideliter conseruata cauent omni proximo ab offensa. vnde. i. Cor. vij. Vnusquisq; in quo vocatus est in eo permaneat apud deum. Secundo studeamus viuere socialiter. vt omni proximo nos exhibeamus ad obsequēdum in caritate ⁊ fide non ficta conformantes nos in bono studijs singulorum. non vt eis placeamus sed vt eos in bonum trahamus. ⁊ vt cum eis pacem habeamus. Nam de primo di. apostolus. i. Cor. ix. Cum liber essem ex omnibus omniū me seruum feci: vt omnes lucrifacerez. ⁊ factus sum iudeis iudeus ⁊ his qui sub lege sunt tanquam sub lege essez. omnibus omnia factus sū vt omnes facerem saluos. de secundo autem di. bernū. Sunt plurima que angelis sanctis in nobis placent ⁊ que in nobis inuenire delectant. vt est sobrietas castitas creber gemitus et orationes cum lacrimis. attamen super omnia hec vnitatem ⁊ pacem a nobis exigunt angeli pacis vt nihil eque offendit ⁊ ad indignationem prouocat angelos quomodo faciunt dissensiones ⁊ scandala. ℟

Tercio sicut angeli humiliter incedamus inferiores nobis preferentes. equales venerantes superioribus humiliter obedientes omnibus nos postponentes. de his tribus scilicet ordinaliter socialiter humiliter dicit bernū. Arbitror q̄ qui in congregatione es bene viuis si ordinaliter socialiter humiliter viuis. Ordinaliter vt in omni conuersatione studeas solicite obseruare vias tuas ī ꝓ spectu dei ⁊ proximi. tibi cauens a peccato ⁊ proximo a scandalo. Socialiter vt studeas amari ⁊ amare portare infirmitates omniū a nemine portari. omnibus te exhiberi affabilem ⁊ tractabilem ⁊ obsequiosum ⁊ virtuosum ad omnes vt oculi omnium sint in te. demonstrantes te digito ⁊ dicentes. hic est fratrum amator ⁊ populi israel. Humiliter vt cum fecerimus omnia spiritum vanitatis exufflare studeamus. dicentes nos iuxta consilium domini seruos inutiles. q̄d debuimus fecimus nil addentes. hoc enim gratum est valde domino. ⁊ sicut grari sic rari dicente bernū. Magna ⁊ rara virtus est. vt magna licet operantem magnum te nescias ⁊ manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. et ideo talis humilitas que cum magnis operibus conseruatur mirabiliter placet deo ⁊ facilime impetrat cumulum gratiarum dicit enim bernū. In veritate compi nil eque efficax ad gratiam ꝓmerendam conseruandam ⁊ recuperandam quā si omni tempore inueniaris non altum sapere sed timere. vnde iero. Nihil ē quod nos ita deo ⁊ hominibus gratum faciat q̄ si vite merito magni ⁊ humilitate simus infimi. quia vt ait grego. perditur omne q̄d agitur si non humilitate custoditur. Quartum vero membrum angelorum scilicet de exercicio quod supra se habent. quia sermo in longū ductus est. in sermonem alium reseruemus loquentes tunc quod deus dederit.

LXXXVIII

De eodem sermo secundus.

Angeli eorum semper vident faciem patris. Mat. xviij. Dicit ber. Angelorum est triplex funiculus quo de excelso celorum habitaculo ad consolandos visitandos ⁊ adiuuandos nos attrahitur supereminens caritas angelorum scilicet propter deum. propter seipsos. ꝓpter nos. Propter deum cuius tanta erga nos mīe viscera ipsi vt dignum est imitantur cupientes impleri eius quem ipsi supra se vident de nobis desiderium ⁊ voluntatem. Propter nos in quibus propriam solicitudinem miserātur. Propter seipsos quorūz ordines instaurandos ex nobis tanto desiderio prestolantur. que cum ita sint pensare quanta nobis solicitudine opus sit. vt dignos nos eorum presentia exhibeamus. In verbis ergo pro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf